duos iuuenes petentes iure hospi-
talitatis suscepissent, ipi quod iuuenes
honori filiarum non indulserunt sed
dictis filiabus virginibus violen-
ciam nocte intulerunt. Qua ob
rem predicte virgines mutuis mu-
cronibus seu gladijs se confode-
runt. Narrat insuper scriptores, quod the-
bana virgo, quam hostis macedo
corruperat, aliquantulum dissilauit
videntis sibi facte desolacionem
nichilominus tandem suum violatorem
iugulauit et mox gladio se per se
interfecit, nolens perdita virgita-
te ducere vitam. Quid enim ista de-
signant, nisi quod carni non est assen-
tiendum, quia primo melius foret a pre-
ti vita migrare quam in desiderijs
carnalibus vitam ducere. Ideo a-
postolus ad Romanos viii° dice-
bat. Qui in carne sunt deo placere
non possunt. Et ad Gallatas v° Spiritu
ambulate et desideria vite non per-
ficietis. Unde Augustinus Viuentes in car-
ne preter carnem angelos vocat
libro suo de sancta virginitate dicens Si-
cut inquit familiam angelorum de-
us in celis sic eciam familiam an-
gelorum virginum voluit habere interris.
Illi enim angeli sunt qui non secundum
carnem viuunt. Et ideo Jeronimus ad
Eustochium dicit. Statim inquit
ut dei filius ingressus est super
terram nouam sibi familiam elegit
ut qui ab angelis adorabatur in celo
eciam haberet angelos scilicet virgines
in terris. Qua propter Augustinus

libro 9to de doctrina xpiana dicit Hic
virgines sunt illustrior porcio xpi.
Gregorius Ille enim virgines dici possunt
Qui enim sine carne viuunt sed qui
carnem spiritui subiciunt. Unde
2a ad Cor x° In carne ambu-
lantes non secundum carnem ambulemus.
Quid enim prodest homini, seu femine
si sua voluptate eam puritatem
tollat, per quam regina celorum
imitatur maria. Igitur laudabilis
est virginitas sed nec sufficit ipsa nisi
bonis opibus illustretur. Ita et in
ewangelio virgines quinque fatue
leguntur, que sua tamen virginitate
introitum ad ianua celeste meru-
isse non creduntur. Pulchrum est
enim si virgo sis, sed multo pulchius
si cum virginitate opibus floreas
sacris, nunc oracioni nunc meditacioni
mentem sedule exponendo Iuxta
teste Jeronimo virgo debet esse oracionibus
sacris virtuosis quod laboribus occupa-
ta, ut inquit ad Eustachium Et
epistola 81 idem Jeronimus ad deme-
trium sic dicebat, Debet inquit virgo
esse quieta, honestaque societate co-
mitata, non vaga discurrens
per patrias exemplo marie quam
inuenit angelus in cubiculo Sit
aut sermo virginis prudens mo-
destus et rarus, non eloquencia
sed pudore preciosus, sit humilis gest-
tu, per humilitatem deo placuit virgo
Ita virginitas minus laudan-
da est, quia teste Ambrosio de
virginitate Virginitas superare

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0290
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg